



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Eucharistiæ Minister

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

At quid si
dicat (Hic)
est corpus
meum?

corpore, & significat etiam ossa, nervos,
& totum hominem. *Omnis caro corrumpet
viam suam. Videbit omnis caro saluta-
re Dei Verbum: caro factum est. Verbum
caro panem verum, verbo carnem efficit.*
Ultraque sententia est probabilis, secun-
da probabilior. *par. 5. tr. 14. ref. 76.*

16. Petes secundò: An hæc forma sit
valida, *Hic est corpus meum*? Respondeo
eum Granado ubi supra. num. 4. quod si
ly hic sit adverbium locale, forma non
est valida, quia mutatur significatio: si
autem est pronomen masculinum, for-
ma est valida, quia mutatio est acci-
dentalis, & grammaticalis. *par. 5. tract.
14. ref. 77.*

Vel (Hoc
corpus est
meum?)

17. Petes tertio: Quid dicendum de
hac forma, *Hoc corpus est meum*, vel
Meum est hoc corpus? *Fagundez par. 3. lib.
2. cap. 6. num. 11. & Gamachus in 3. par.
quest. 78. cap. 2.* dicunt non esse validam:
quia pronomen *meum* utrobique sume-
retur possessivè, sumeretur enim adje-
ctivè non substantivè, & sensus esset,
Hoc corpus ad me pertinet: Unde non ex-
primeret mysterium conversionis. *par.
5. tr. 14. ref. 78.*

Aut (meum
est hoc cor-
pus?)

E V C H A R I S T I Æ
Minister.

Eucharistia
minister aut
consecrat, aut
communicat
Si consecrat,
debet omni-
no esse sacer-
dos.
Et debet ad-
hibere inten-
tionem.
Quid si cogi-
tur consecra-
re massam
panis.

16. ¶ Sicut in hoc Sacramento duo sũt,
scilicet consecratio, & usus: ita
duo sunt ministri, unius consecrationis,
alter collationis. De hoc secundo di-
ctum est Ver. *Communio Minister*. De
ministro consecrationis quo solum di-
cenda sunt. Primum, quod debet esse Sa-
cerdos in omni casu, unde nullus carens
charactere sacerdotali consecrare potest.
Secundum quod ad consecrandum ad-
hibere debet intentionem. ¶ Sed hæc
suspendere posse, ait Sancius *select. disp.
35. num. 6.* in casu, quo quis metam mor-
tis injiceret, nisi totum panem, qui est in
foro, consecraret. Scilicet ad vitandam
mortem, & sacrilegium, proferre posse
verba absque intentione. Sed contra
sentit Palaus *10.1 tract. 2. disp. 1. punct. 13.
num. 8. part. 3. tr. 6. ref. 83. §. Notandum.*

E V C H A R I S T I Æ
Custodia.

1. E U C H A R I S T I A à consecratione
Eusque ad Communionem stare
debet super aram. Unde ait Lugo de
Eucharist. disput. 10. sect. 2. numer. 69.
non posse Sacerdotem particulas conse-
cratas statim ponere in Tabernaculo vel
extra aram, aut dare alteri Sacerdoti, ut
populo distribuat: nam hæc quoque per-
tinent, sicut hostia, ad idem sacrificium;
& Rubrica Missalis ita præcipitur ser-
vari, *par. 5. tract. 13. resolut. 72.* Pyxis non
debet esse necessariò benedicta, nec
oportet in ea esse corporale, vel aliud.
Vide Verbo *Vasa sacra, num. 3.* Licet Sa-
cram Eucharistiam deferre in navigiis,
si adsit capacitas, & illi locus decedens,
& separatus designetur. Ita Granado
*tractat. 14. disputat. 13. num. 7. V. Celebra-
re, num. 28. part. 5. tract. 3. resolut. 40. §. Nota
etiam.*
2. Si Sacerdos post purificationem,
vel finita Missa invenerit aliquod frag-
mentum in Patena per se, vel per alium
consecratum potest illud sumere Palu-
dan. *par. 9. tr. 6. ref. 27.*

An particu-
le consecrate
statim poni
possunt in Ta-
bernaculo?
Aut dari al-
teri distribu-
enda.
Pyxis non de-
bet esse bene-
dicta.
Et deferri
potest cum
Sanctissimo.
in navigiis
bene aptatis.
Fragmentũ
inventum in
Patena potest
sumi post
Missam.

E V N V C H V S.

AN possit sponte Castratus dispensa-
ri ad sacros Ordines; vide verbum
Episcopus.

E X A M I N A R E.

1. P R Æ s e n t a t u s à patrono laico in Ec-
clesiam parochialem, debet exa-
minari ab examinatorebus synodalibus;
sed si esset partim Ecclesie, & partim
laici debet fieri consensus, sed vide
res ubi curiosa inveniunt. *par. 9. tract. 8.
resol. 16.*
2. Episcopus, si vult examinare præ-
dicatores Regulares prædicare volentes
in alienis Ecclesiis.

Debet exa-
minari à sy-
nodalibus;
& partim
examinato-
ribus.
Potest exa-
minare re-
gulares præ-
dicatores.

Xx 3 Potest;